



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 84. Libellus Lutheri adversus Ambrosium Catharinum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

est; Denique XXIII. leges suas eadem <sup>Sacra</sup> XVI.  
fide, qua Evangelicas, esse credendas <sup>A. C. 1520.</sup>  
præcipit; XXIV. Sacrarum literarum au-  
toritatem a Pontificia dependere con-  
tendit, easque pro arbitrio suo interpre-  
tandi jus sibi soli reservat.

## §. LXXXIV.

*Lutheri libellus adversus Ambrosium  
Catharinum.*

Quoniam Sylvester Prieras, cum recens Lutheri dissensio contra Dominicanos propter indulgentias esset orta, aduersus eundem scriperat, Lutherus in Sylvestrum responso convitiis pleno invehebatur; nec deerant tamen, qui Prieratis honorem ac doctrinam aduersus Lutheri audaciam vindicarent. Hos inter Ambrosius Catharinus, qui alias nomine suo Politus Lancellotus dicebatur, & patria Senensis, ac Religiosi instituti Dominicanus erat, nec non Theologiae scientia celebrabatur, tractatum compo-  
suit de dignitate Romani Pontificis in quinque libros divisum. Lutherus mox <sup>Sleid. l. c.</sup> contra eundem exeunte hoc anno re- <sup>p. 62.</sup> sponsum edidit, tam verborum prolixita- <sup>Cochl ann.</sup> te, quam conviciandi libidine execrabi- <sup>1520. p. 23.</sup> lem, in quo invehitur in summum Pon-  
tificem, Romanamque Ecclesiam, ac ne-  
fando abusu plures Danielis Prophetæ

N n 2 textus

Sæcul. XVI. textus adulteratur, modoque Sacris literis vel maxime contrario, & Summo Pontifici valde injurioso explicat, demum vero quidquid S. Propheta de regno Antichristi vaticinatur, Lutherus Pontifici affingit.

## §. LXXXV.

## Res Daniæ &amp; Sueciæ.

*David Chy-  
træus Chron. Saxon. 1520.  
l. 9.* Sub idem tempus Stenon Suecorum gubernator collectis omnibus factionis suæ viribus Christiernum II. Daniæ Regem, qui Sueciam subigere tentabat, op. pugnare aggrediebatur. Anceps aliquando hærebat Sueciæ fatum, cum utriusque partis animos par utrinque furor atque indignatio accenderet; tandem vero Stenonis obitus Danis victoriam contulit. Hic enim inter primos ordinates dimicans, suos efficacius exemplo, quam verbis hortabatur; cum vero femore per tormenti globum avulso vulneratus, Stockholmiam deferretur, hoc anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo die secunda Februarii in iterum mortuus est. Illius fato Suecorum exercitus, cum nonnisi pro Ducis sui gloria certaret, animo fractus, nil amplius tentabat, ac jamjam Stenone e castris portato, ferme omnes fuga dispergebantur, unde Daniæ Rex stationem in acie

victor